



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Conciliorvm Omnivm Generalivm Et Provincialivm  
Collectio Regia**

Ab anno DLXXVII. ad annum DXC.

**Parisiis, 1644**

Notae Iacobi Sirmondi Societatis Iesv.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15221**

PELAGIVS LVGDVNENSE III. TIBERIVS IMPERATOR.  
P. II. CHILPERICVS REX FRANC. 69

ANNO  
CHRISTI  
583.

NOTÆ IACOBI SIRMONDI  
SOCIETATIS IESV.

<sup>1</sup> Anno Christi DXXCIII. ] Meminit Gregorius Turon. lib. 6. capite 1. Synodi apud Lugdunum conuocatae anno sexto Childeberti regis, hoc est anno Christi 581. Verum is annus erat Guntramni tantum 20. huius vero nostrae inscriptio annum denotat 22. Sic enim habet: *Synodus habita in ciuitate Lugdunensi anno 22. regni glorioissimi domini Guntramni regis.* Annus autem Guntramni 22. iuxta æram nostram congruit anno Christi 583. At qui Clotarii obitum serius constituunt, Concilium hoc reiiciunt in annum 586. alii in annum subsequentem.

<sup>2</sup> Id etiam de epistolis. ] Locus est mendosus, cui veterum exemplarum inopia mederi non licuit. Can. 2.

<sup>3</sup> Placuit etiam uniuerso Concilio. ] Citatur hic Canon in antiquis collectionibus Andegauensi & Diuionensi, titulo *De viduis, pupilis, & pauperibus.* Can. 6.

NOTÆ SEVERINI BINII.

<sup>1</sup> Concilium. ] In hoc Concilio ad disciplinam ecclesiæ reformandam anteriorum Conciliorum constitutiones confirmatae sunt. Ex viginti episcopis duodecim per suos vicarios interfuerunt & subscriplerunt. Qui sint Euantius & Syagrius, dixi supra in notis Concilii Matisonensis I. ex Adonis Viennensis chronico.

<sup>2</sup> Anno Christi 587. ] Cum hoc enim anno vigesimus secundus regis Guntramni coincidit: ut patet ex iis quæ supra diuersis in locis hac de re notata fuerunt.

<sup>3</sup> De epistolis captiuorum. ] Literæ captiuorum sunt, quas pro redemptione captiuorum episcopi scribere solebant. Baron. anno 142. Can. 2. numero 9.

ANNO  
CHRISTI  
584.

<sup>2</sup> CONCILIVM VALENTINVM II.

SYNODVS HABITA IN VRBE VALENTINA

\* Anno  
Christi  
DCCXCV.  
ut Binius  
putat.

<sup>1</sup> x. Kalendas Iunii, anno XXIII. regni glorioissimi domini Gunthramni regis, indictione II. id est, \* anno Christi DCCXCV. Pelagii II. papæ VII. Chilperici regis XXIII.

Confirmantur a Synodo quæcumque Guntramnus rex, ipsiusque uxori, & filiæ, in diuersas ecclesias, vel alia pia loca contulerant.

CVM in vrbe Valentina, iuxta imperium glorioissimi Gunthramni regis, nostra mediocritas pro diuersis

I iij

